

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale,|| In Qvo || Vniversa || Materia De ||  
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per  
Quæstiones explicatur**

**Eisengrein, Martin**

**Ingolstadii, 1577**

**VD16 E 795**

XIIII. Vtru[m] Co[n]fessio fraterna necessaria sit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30362**

*Estne Confessio fraterna  
necessaria?*

*Quæstio*

XIII.

**Q**uamvis Confessio fraterna propriè Sacramentalis non sit; eandem tamen, ut remissionem peccatorum consequamur, necessariam esse, atq; adeò Sacramenti appellatione (largè accepto vocabulo) contineri cōstat, vel Beda, & Bernardo testibus. Beda certè non dubitauit, eum epistolæ D. Iacobi locum, nempe: Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem ut saluemi- ni; nō tantū de Sacramentali, quæ Sacerdoti fit, sed etiā de hac fraterna Confessione intelligere: quamvis cum ea discretione, vt quotidiana, leuiaq; peccata alterutrum coæ- qualibus confiteamur, eorumque credamus quotidiana oratione saluari. Porrò grauioris lepræ immundiciem, iuxta legem, Sacerdoti pandamus, atq; ad illius arbitriū qualiter & quanto tempore iusterit, purificari curemus.

*Respoſio.*

Bed: in verba Apost.

Iac. cap. 5.

Bernar. in ser. de cœna Domini & lot. ped.

*Estne eadem ratio Sacerdotum absolu-  
uentium aliquem à peccatis, et fratrū  
seu priuatorum, sibi inuicem pec-  
cata remittentium?*

*Quæstio*

XV.

**L**ongè diuersa horum, quam istorum est ratio: Sacerdotes enim publica autorita- te, & vice Christi ( cuius personam in Eccle- fia repræsentant ) virtute clavium ab eo ac-

*Respoſio.*

D 5 cepta-